se
Et si duo mutuo vulnerant equaliter et querulant equaliter qui-
cumque ex eis in alterum duellum acquisierit tunc eius adver-
sarius manum demeretur Ita tamen si vulnus monomachale
fuerit Et si alter ex eis antequam duellum acquisitum fuerit moritur
adversarius collum demeretur **De viro qui alterum vulnerat**
et si ad iudicium deductus fuerit in facto manifesto

Si aliquis detinet illum qui ipsum vulneravit Capitulum xxxvi
in facto recenti et ipsum cum clamore ad iudicium deduxit qui
sic querulentur cum plocutore Domine iudex ego tu querela-
propono super istum virum quod ipse venit intra villam palam vel in strata
regia in me pace perturbavit et me spoliavit in meo corpore et in bo-
nis meis et me vulneravit dum pace in me consequi Tunc ego
vidi ipsum in ipsa persona et preclamavi super eum cum clamore et ipsum
captivum huc ad iudicium deduxi Et volo eum vincere per quos qui meum
clamorem audierunt et cum meo testimonio vero ut ius michi diffi-
nierit Et in sua requiro quid hoc probare debeam ita ut michi pro-
ficiat in iure meo Et tunc satisfactionem adversarius reum petat pro-
bat querimonia et dicat se de facto innocentem ille qui ipsum captivum
in manifesto facto detinuit facilius eum vincere potest cum testibus Etiam
ipse captivus cum testibus evadere possit si ut iuris est probaverit testimo-
nio Ille solvat collum si est homicidium vel ad manum si vulnus est
monomachale cum ad iudicium ipsum cum manifesto facto deduxerit pro
teste quibus vir potest alteri astare qui in suo iure non potest argui excepto
fratre aut patre et filio et mercenario **De duobus qui se mutuo**
vulnerant unus cultello et alter gladio Capitulum xxxvii

Quod si se duo mutuo vulneraverint unus cultello et alter
gladio et si vulnera monomachalia utriusque fuerint ille qui
gladio solvit manum Ille cum cultello solvit collum quia cultellus infert
mortem furtivam **Si protractaverint eodem die non**
fit querimonia Capitulum xxxviii

Etiam si alter alterum vulneraverit et causa sua protracta-
verit similiter debet iudicari ad iudicium primum Et si vulneratus
fuerit et vulnus non fuerit monomachale et si comparuerit
et conquestus fuerit si iudicari debet ad iudicium primum Si autem
vulnus monomachale fuit tunc gravius sibi iudicium iudex debet
formare pro facto manifesto si exigeret **De duobus qui**
se vulnerant et ambo coram iudicio comparent
Capitulum xxxix Quod si duo se vulneraverint et
ambo coram iudicio comparent et querimonias proponunt Cum
primam querimoniam proponentem prestare poterit tunc suum adver-
sarium duellum acquirit et si ipsum iusto modo salutavit Etiam
si vulnus fuerit monomachale Sed tunc ad diem duellum
dilatatum fuerit et si alter pugillem convenerit super alterum

[library stamp]

Et si ille prestare poterit quod pugil sit mercenarius ex tunc iure a
duello recedere potest

De viro qui alterum vulneravit et ipsis pax indicta fuerit Capitulum xxx

Si vulneraverit vir alterum et si eundem fideiussore non fecerit usque ad iudicium et si iudex ipsis pacem indixerit et ipsum postea occiderit Et si fideiussoribus fuerit pro causa eius tunc reus est evadere melius de homicidio quam aliquis prestare possit. Si autem coram iudicio comparuerit et si in iudicio manum pax promissa fuerit coram iudice et stabimus pro primo vulnere si ipsum postea occiderit hoc melius potest super ipsum prestare quam ille evadere possit

De duobus qui se mutuo vulnerant et ambo querulant et querimonia usque ad iudicium fuerit xxxi capitulum

Si se duo mutuo vulneraverint et ambo coram iudicio comparent et querulose proponunt et querimonia usque ad iudicium dilata fuerit Cum primo querulatus fuerit moriatur quod hiis vulneribus mortuus ad iudicium portetur et alter etiam vulneratus comparet Et primus de mortui agnatis loquatur super vulneratum cum testimonio quod ipse suum affinem occiderit et pro eo petat iudicium Et tunc ille spectat satisfactionem de iure et ostendat suam innocentiam cum suo testimonio evadendo homicidium si hoc iuris est prestare ut reus est evadere quam ille super eum possit prestare Et ambo coram iudicio querimoniam intulerunt Sed si iudex testimonium sic dicere credere quod uterque aliud fuerit et sin Et si suos testes in continenti habere non poterit tercium sex ebdomadas attingere tunc faciliter potest evadere homicidium merito quam ille cum testimonio ipsum vincere possit Si autem ille ipsum monomachaliter allequatur oportebit ipsum sine duello pugnare

De eo qui in equo pro vicio tenere debeat cum venditur Capitulum xxxii capitulum

Si quis equum vendiderit promittere debet in eo equo quod stabilis non fuerit ita quod a loco discedere tempore presente nolunt et videlicet apparens sit dent et etiam a iusta arrestatione

De fure qui in die tres solidos et nocte sex denarios Capitulum xxxiii

Si fur clara luce diei deprehensus fuerit qui bene facinore sit et furtum minus quam tres solidos valeat cum tercio tenere demittitur Sed si ultra furtum tres solidos valeat reus est patibulo De hiis solidis denarius tres solidi medium furtum debent ponderare Si autem fur tempestate noctis deprehensus fuerit cum sex denariis reus est patibulo